BIBLIA. ISIDORUS HISPALENSIS. EUCHERIUS LUGDUNENSIS
Admont, 12. Jh. Seite 143r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26491
Copyright: Admont, Benediktinerstift



mergeretur somno graui disputante diu paulo.
eductus somno cecidit de tercio cenaculo deorsum.
Et sublatus est mortuus. Ad quem cum descendisset
paulus incubuit super eum. Et conplexus dixit. Nolite
turbari. anima enim eius in ipso est. Ascendens autem
frangensque panem et gustans satisque adlocutus usque
in adlucem. sic profectus est. Adduxerunt autem puerum uiuentem.
et consolati sunt non minime. Nos autem ascendentes
nauem nauigauimus in asson. inde suscepturi paulum.
Sic enim disposuerat ipse per terram iter facturus. Cum
enim conuenissemus autem inuenisset nos in asson. adsumpto eo uenimus
mitilenem. Et inde nauigantes sequenti die uenimus
contrachium. Et alia die adpliciuimus samum. et se
quenti die uenimus miletum. Proposuerat enim paulus
transnauigare ephesum. nequam ora illi fieret
in asia. festinabant enim si possibile sibi esset. ut
diem pentecosten faceret hierosolimis. A mileto
autem mittens ephesum paulus uocauit maiores natu ecclesie.
Qui cum uenissent dixit eis. uos scitis a prima die
qua ingressus sum in asiam. Qualiter uobiscum per
omne tempus fuerim. Seruiens domino cum omni humi
litate et lacrimis multis. Et temptationibus que michi ac
cederunt ex insidiis iudeorum. Quomodo nihil subtraxe
erim uobis utilium. Quo minus adnuntiarem uobis
et docerem uos publice. Et per domos testificans iudeis
atque gentilibus in dominum penitentiam. Et fidem in
dominum nostrum ihesum xpm. Et nunc ecce ego alligatus
spiritu uado in hierusalem. que in ea uentura sunt mihi
ignorans. Nisi quod spiritus sanctus per omnes ciuitates protestatur
mihi dicens. Quoniam uincula et tribulationes me
manent. Sed nihil horum uereor. Nec facio animam
animam meam pretiosiorem quam me. Dummodo consummem
cursum meum. et ministerium quod accepi a domino ihesu.
Testificari euuangelium gratie dei. Et nunc ecce

143

oblatus

ad eum et simul erant.